Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



125

ne facientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam quasi liberi. et non quasi uelamen habentes malitie libertatem. sed sicut serui dei. Omnes honorate. fraternitatem diligite. Deum timete. regem honorificate. Serui. subditi estote in omni timore dominis. non tantum bonis et modestis. sed etiam discolis. Hec enim gratia. in xpo ihu domino nro. T. Dix. d. i. d. s. Iohanne. V. nro.

Modicum et iam non uidebitis me. et iterum modicum et uidebitis me. quia uado ad patrem. Dixerunt de discipulis eius ad inuicem. Quid est hoc quod dicit nobis modicum et non uidebitis me. et iterum modicum et uidebitis me. et quia uado ad patrem. Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit modicum. Nescimus quid loquitur. Cognouit autem ihc quia uolebant eum interrogare. et dixit eis. De hoc quaeritis inter uos. quia dixi modicum et non uidebitis me. et iterum modicum et uidebitis me. Amen amen dico uobis. quia plorabitis et flebitis uos. mundus autem